

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis

### Caput 6: De ipocrisis (2)

Bernardus:

Ipocrita magis singularia et inusitata sectatur,  
ut proprie flagrantiam opinionis respergat,  
cuius affectio elongatur a Christo, et vanis favoribus delectatur,

cuius mens non proprio testimonio conscientie,  
sed adulatio*n*is demulcetur.

Tristitia ypocitarum non in corde, sed in fatie est.  
Exterminant enim faties suas,

ut appareant hominibus ieiunantes.

Hanc fidelis Christi servus lavat,  
ne quod offendiculum praebeat intuenti;  
hypocrita magis exterminat, dum singularia magis et inusitata sectatur.

← Sed nec caput ungit,  
cuius affectio elongatur a Christo et vanis favoribus delectatur.

Ungit potius semetipsum,

→ ut propriae fragrantiam opinionis respergat.

Aut certe, quia manifestum est non esse caput hypocritae Christum,  
nec suum tamen qualecumque caput ungere potest,  
cuius mens non propriae testimonio conscientiae,  
sed adulatio*n*ibus demulcetur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*, 1.5  
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.357, ll.3-10).

Non est talis tristitia hypocitarum: non in corde, sed in facie est.  
EXTERMINANT ENIM FACIES SUAS.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*, 1.4  
(SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.356, ll.20-21).

Exterminant enim facies suas,  
ut appareant hominibus ieiunantes (Matt. 6:16).